

sed a spectro captus, atque in terram projectus, exclamare non audebat, sed non poterat. Tandem cum diu in terra cum larva volutatus esset, inventus a praeceuntibus quibusdam feminivus domum relatus est, & octo diebus post petiit. Cardanus de Subtilitate, lib. de Mirabilibus.

A TYRANNIS.

VIROLDI Lituaniae ducis crudelitatem adeo expavit Gens alioqui ferox, & mortis contemptrix, ut multi ejus imperium secuti, ultrò sine carnifice vitam finierint, veneno, aut laqueo. Aeneas Sylvius.

AB HOSTIBUS.

Vide locum Stratagematum, Terrere hostes Minis.

BOLESIAUS I. Opoliensis dux, à Cracoviensibus, quia id ipsum defecerat, in urbem intronatus, minis Uladislae Loctici adeo terribus est, ut eam desereret, brevique post moreretur. Anno Christi 1313. H. Hemmings in Genel.

Adventu hostium terri.

AMORRORUM reges omnes, & Chananai, cum audissent, B Ifraelitas fisis pedibus Jordanem superasse, incredibili terrore examinati sunt. Josue c. 5.

P. SCIPIONIS trajectus in Africam Carthaginensibus nunciatus, sic civitatem turbavit, ut conclamatum esset ad arma, stationeque in portis, murisque dispositas, quidam auctores sint. Nam à M. Regulo usque ad eum diem quinquaginta propè anorum intercesserat spatium, ex quo nullus Imperator Romanus cum valido exercitu terram Africam intraverat. Augebat etiam terrorem Scipionis nomen, qui Carthaginenses, quem ducem aut opponerent, aut parem arbitrantur, non reperiebant. Auctor vitae Scipionis.

Cum an. 136. Carolus V. Caesar, & Galliae rex Franciscus, hortatu Pauli III. Pontific. ad Nicæam Provinciae urbem in colloquium venturi crederentur: & de perpetua pacis in eundem ratione utrinque legationes mitterentur: in ipso Villafancha portu, ubi Caesariana classis stabat, accidit, ut cum nonnulli sub meridie otiose maria, & colles à tergo, in altissima Alpium juga affurgentes, prospicerent, denam nubem fumimantem, in altum elevatam conspicerent, & plerique adventans Turcicae classis ad opprimendos summos Christiani nominis principes signum id esse suspicarent. Magno ob id tumultu, & trepidatione orta, tandem compertum est, à Villico eam nubem densi pulveris, quae fumispicem referret, excitatam fuisse, cum ille in area tabarum acervum citrando, & ventilando à siliquis fecerent. Ergo omnes ex summa trepidatione in risum, & cachinnos soluti sunt: sic ut ipsorum principum, & ducum intellecta praeperata credulitas contumelia, non obscurus pudor mentes perfunderet, atque inaudite trepidationis inanis metus jocosis omnium sermonibus celebraretur. Jovius lib. 37. Histor.

Exploratores duodecim Isacitarum à Moysè in Chananam missi, cum Chananzorum opes, & vires, urbes munitas, soli fertilitatem, corporum proceritatem vidissent, timore correpti, postquam ad suos redierunt, eis distulerunt, ne terram illam invaderent, solo Caleb, & Josue exceptis. Numer. 13.

TROJANI prodeuntem videntes Ajacem, armis fulgentibus coruscum, & singulari certamine, cum Hectorè pugnatum, regi fuo meutes tremuisse prohibentur. Iliad. n.

SED & ipsi Hectori cor palpitabat. D Sed & ipsi Hectori cor palpitabat.

Quidam natura timidus, audita Herculis fama abdidit se prae metu in specu quadam: deinde cum aliquando prospectaret, & Heculeum fortè fortuna praeceuntem vidisset, immodico metu exanimatus est, ac protinus dirigit, in saxum versus, quod adhuc visitur specie viri, velut à specu prospicientis. Unde, & hinc, & inde, saxum illud vocant. Hinc proverbium, & hinc, & inde, saxum illud vocant. Hinc proverbium.

Pyraeus Epirotarum rex, Argos ingressus, suis cedentibus, de fenestra dimissis saxis ad terram prostratus fuit. Humi autem jacens, à Zoty po inventus, cum ut caput adimeret, galeam ei Zotyus detraxisset, parum abfuit, quin involutus ab eo relinqueretur, adde Pythi conspectu perterritus est. Ceterum facinorosum horrorem vincebat avaritia, & tenorioque egredius, quod inde sperabat, ad amputandum caput revertens, adeo verenter manum operi apposuit, ut vultum conspicere

non auderet, sed citis ictibus gladio collum, & pro collo interdum eos ipsum percutiens, vix tandem caput amputare potuit. Plut.

Ad C. Marium in Minturnensi carcere intronatus Cimber quidam, ut eum trucidaret, solo illius aspectu ficeretur, ut re infecta reverti cogereur. Esti alii vocem ab illo auditam tradant, à Mario abstinerent jubentem. Idem.

Clamore, strepitu.

Lacedaemonii in acie fundis, & nervis quibusdam violentè concussis, & strepitum horrendum edentibus, hostibus metu incutere conlueverant. Erasmus in Adagis.

Romani sub pugnae initio adeo magnis clamoribus obstreperant, ut Josephus coactus sit Hebraeorum suorum militum aures obstruere, ne vel strepitu terrentur, aut attoniti fierent. Card. de Subtilitate, lib. de Anima & Intellectu.

Cum Arnulphi Imp. (qui à Pontifice Formoso propter seditionem civium vocatus fuerat) milites Germani copiam versus urbem fugientem insequeretur, cum clamore: Romani eos ad oppugnationem accedere suspicantes muros reliquerunt. Quo confecto Germani propugnatoribus vacua moenia occupaverunt. Sigbertus anno 900.

Nomine.

GARIAS Sancti F. rex Navarrae dictus est Tremulosus, è quod quando rumores belli audiebat, vel debebat in praelio experiri, à principio totus tremebat: est postea animosissime perlittebat. Roder. Tolet. l. 5. rer. Hispan. c. 23.

Imper. Phocas Narsetem insignem, & egregium ducem contra juramentum vivum combussit, qui tam formidabilis fuerat Persis, ut pueros ii quoque suos nominando Narsete terrentur. Cedrenus.

STEPHANUS II. Ungarorum rex formidulosus usque adeo Græcis, Mysisque est habitus, ut ad mentionem Stephani regis, vagientes pervicacius infantes prae formidine contederent. Boninus lib. 6. Dec. 2.

Apud Turcas Janissium Hunniadis, ducis fortissimi nomen usque adeo fuit terrificum, ut nutrices ad comprimendos infantulorum vagitus, Hunniadem adesse confingerent. Aen. Sylvius c. 5. Europe.

Pariter Austriae matres Mathie Ungariz regis nomine infantibus terrorem incutere solebant acclamantes. Matrislike kompr.

Apparatu.

PALÆSTINI contra Ifraelitas castris positus, cum eos arcam Sion in castra portasse audirent, metu maximo consternati sunt, memoria repentes, quoniam Josue hac arca comitatus parasset. At receptis tamen animis, Ifraelitas magna clade affecerunt, & arcam ceperunt. 1. Reg. 4.

M. MARCELLO Syraculas oppugnante, Archimedes omnes illes comatus arte sua eludit, tantaque trepidatio cepit Romanos, ut si, vel funiculum, vel exiguum lignum ex muro confpexissent, eo ipso machinam aliquam movere in ipsos vociferantes Archimedes, terga verterent, fugerentque. Itaque abfisteret Marcellus proflus à conflictu, & oppugnatione coactus, post se rem reliquam in longa obsidione. Plut. in Marcello.

Victoria.

Consule Ti. Fuga bellica.

Atheniensibus duce Niciae fœdè profugatis, atque captis in Sicilia Syracusanis, peregrinus quidam, qui in Pyraeum descenderat, & in constra sedebat, quasi re Atheniensibus jam nota, sermonem habuit de gestis illis. Tonsor, ubi auditus priusquam divulgaretur apud alios, cursu contendit in urbem: ac cum archontes contulisset, detulit illico ea dicta in forum.

Pavore, & trepidatione infecta, archontes advocata concione hominem produxerunt. Qui interrogatus, de quo accepisset: cum nihil certi haberet dicere, pro mendace, & civitatis turbatore in rotam deligatus, & diu tortus est: donec adveniret, qui totam cladem ordine annuntiaret. Plut. in Nicia.

Mithridatis Exercitus, cum in eum L. Lucullus arma movisset: & in Armeniorum castris esset nunciatum, Menandrum, Menemachum, atque Mironem, Mithridatis duces, qui pabulatoribus praesidio ierant, à Lucullianis militibus fusos fuisse, adeo terribis est exercitus, ut omnibus sua extra castra ferentibus, ob strepitum Mithridates excitaretur: tenorioque egredius, ut quidnam id esset inspicere, à suis solus, & pedes delertus

rus est. Cum autem ita omnia ob eam rem in castris perturbarentur, ut sublata imperii reverentia, cui plus virum erat, is ex alieno plura raperet: atque predandi initio à Mithridatis rebus factis, omnis ejus preiosa fupellex diriperetur: eò militaris temeritas progressa est, ut Dorylaus militaris praefectus ob id solum occideretur, ut ei insignem vestem, quam habebat, milites adimerent. Ea militum perturbatio, quae ipsarum diutaxat culpa orta erat, Lucullo vincendi rationem auxit. In qua clade non minus Mithridates, quam reliquis exercitus, cum omni castris remurum copia, quibus Armenii aut stultè timebant, aut eas in pradam vertebant, captus fuisset, nisi eum Ptolemaeus Eunuchus in equum suum statim sustulisset. Fulgosi. lib. 9. c. 7.

Sub Augusto Caf. Germani, post Drusi interitum, Quintilii Varii, qui cum legionibus tribus ad praesidium provinciae remanserat, libidinem, & avaritiam pertaxi, Ariminio duce arma ceperunt, Quintiliumque incautum in castris jus dicentem subito accessu, nullo intereò certamine, cum tribus legionibus occiderunt. Cujus cladis nuntius Romam perlatus, adeo civitatem percussit, ut excubias sint in urbe indicit, ne quis in summa trepidatione existeret tumultus. Et Augustus adeo ea legionum jactura affectus dicitur, ut per continuos tres menses barba, capilloque submisso, nonnumquam caput foribus impingeret, vociferans, Quintili Vare, redde legiones: diemque, quo clades illa accepta est, quotannis mœstum, & lugubrem habuit. Sabell. lib. 9. En. 6. ex Suet.

LEO X. Pont. Max. auditò Sultani Memphitici excidio, litaniae, ac supplicationes publicas, in quibus homines nudatis pedibus incederent, Romae haberi curavit, contra Selimi Turcarum tyranni potentiam. Jovius.

A SICARIIS TERRERI.

Cælo in Senatu Casare, progressus in medium M. Brutus, conjuratorum dux, institit verba facere, retinereque, & confirmare patres. At illi contidit fugerunt trepidantes, siveque circa fores impulsio, & tumultus, nemine nisi instante, vel agente. Quippe firmior hoc deceverant conjurati, neminem praeterea interficere, sed revocare ad libertatem omnes. Inde ad Capitolium perrexitur sanguinolentis manibus nudos praeterea pugiones, civesque vocaverunt ad libertatem. Primum editi clamores sunt, & discursus, tale factum fortè comitans majorem concivit tumultum. Ceterum ubi nulla praeterea cades, neque direptio rei ullius ex tabernis consecuta est, multi ad eos in Capitolium fidenter ex patribus, & popularibus ascendere. Plut. in Casare, & Bruto.

JOAN. GORREUS, Parisiensis Medicus, is, qui praclarum illud Medicinae Lexicon edidit, cum à Meldunense Episcopo valeudinis ergo accitus domum reverteret, ne quid periculi sibi religionis nominis suspicet, à Parisiensibus sub crepesculo, quo urbem ingressurus erat, crearetur (bello enim sacro tunc universa ardebat Gallia) rheda Episcopi consensa, in ea latebat. Parisiensis quidam, creditor Episcopi, cum debiti solutionem multo jam tempore frustra expectasset, rhedam invadit, bonis, quae illic veherentur, per viatorem interdicitur. Ea res tantum terroris Gorreus, qui se ob religionem peti existimabat, incussit, ut in errorem mentis incidere, nec nisi longo post tempore sanitati restitui potuerit. Hubberti Langueti iniquum.

AB ANIMALIBUS.

ZENO Citiceus, cum canem invadentem repulisset, reprehensus à quodam, quod & in illa Stoica, quam profiteretur, indignum fessisset: Perdidicisse est, inquit, proflus hominem exuere. Laertius lib. 9. cap. 5.

TELEPHUS Ixionis filius, id est, Leonis vestigia queris: dicebatur olim in eum, qui verbis ferox esset, re timidus. Ductum ab Apologo quopiam Aepico, quo narrat, Venatorem quandam passorem obvium rogasse, nunciu Leonem vidisset, ut eum sibi demonstraret. Atque cum respondisset: Equidem tibi Leonis vestigia mox ostendero: neque enim procul absunt. Tum ille: Satis est, inquit, neque enim ultra quicquam requiro. Erasmus in Adagis.

AUGUSTUS CAESAR deambulabat cum Diomede liberto suo. Effrahis cavens aperit propter, rectaque ad Augustum tendere coepit. Libertus in quo formidinis, quam prudenti plus erat, apprehenso Augusto, fe post eum textit. Ea re Augustus, neque ita, neque commoti animi aliqua signa ostendit. Suetonius.

HELOGABALUS ebrius Amicos plerumque clauderebat, & subito nocte leones, & leopardos, & urfos exarmatos immitte-

bat, ita ut expergefati in cubiculo eodem, leones, urfos, pardos, cum luce, vel quod est gravius nocte invenirent: ex quo E plerique exanimati sunt. Lampridius.

JACOBO IV. Sutorum rege ad Galliarum regem Oratores missi (quorum princeps erat Jacobus Ogilvius) in Norvegiam abrepti, cum in litus egressi essent, non ita longe in montibus homines, ut apparebat, villosos, ac quales vulgò pingunt, sylvestres appellatos, discurrere viderunt. Mox ab incolis edocti sunt, belluas eas esse, humana effigie, mutas, homines insigni persequentes odio: ceterum per lucem adeo meticolositas, ut nec in aspectum quidem prodire audeant: per noctem, villas gregatim invadere, nisi eas deterrentes canes arceant, ad quorum latratum statim fugiunt: sin per noctem canis abist, effrahis foribus, ades iruentes, cum tenebrae reverentiam humanioris occultent, quicquid in ea est occidere, ac devorare. Sunt enim tam immani corporis robore, ut medioctis magnitudinis arbores manibus evellant radicibus, & ramis inter se depugnent. Qua re exterriti legati, factis per noctem ingentibus ignibus, ac vigiliis dispositis, ubi nulla accepta noxa illuxisset, postidie immania linguentes littora cursum suum laeti repetierunt. H. Boeth. in Scotia.

FERDINANDO Aragonio Neapolitanorum rege Canulium versis cum exercitu profecto, exploratores praemissi agmen cervorum compascientium per noctem, quorum in ea regione belli tempore maxima est copia, animadvertentes, insigni errore Nicolaum Picinimum cum Joan. Andegaveni, qui regnum affectabat, & Tarentino principe se conjunxisset, & in armis instructos stare crediderunt, regieque retulerunt. Ferdinandus, quò tanto hosti imparem se esse metueret, exercitum retrò Barolum duxit. Pontanus lib. 2. belli Neapolitani.

A GLADIO IMPENDENTE,

IMMINENTE, STRICTO.

DAMODES Philosophus athenator, cum Dionysii Syracusii tyranni potentiam, & opes extolleret, beatamque diceret ejus vitam, in tanta rerum opulentia: Dionysius eundem perendie vocavit ad cenam, gladiumque ferali ligatum supra caput ejus appendi iussit. Quo ille statim inter conandum confecto, prae nimio superimminentis periculi metu, regalibus mensis abstinuit. Hoc pacto Dionysius tyrannos vivere, ac inter magnificos apparatus, in imminetibus periculis cruciari significavit. Cicero in Tusculanis.

PHICRATES capitis reus, juvenes cum gladiis in judicio collocavit: qui monstrantes capula Judicibus, terrorem eis inculcaverunt, ita ut reum absolverent. Polyneus lib. 3.

CAPTO à Brugenfium plebe Maximiliano I. & multis civibus, qui ejus partes fovebant, necatis, Nicolaus de Helst, priorem pensionarius, cum aliis accepit mortis sententiam: sed jam sub ictu gladii acclamante populo misericordiam, meruit vitam. Ceterum mortis vicinia metu conceptum pallorem per totam reliquam vitam retinuit. Cranzius lib. 13. cap. 10. Saxonia.

A FASCIBUS.

Erant Romae Fabio Ambusto filiz duae, quarum major Servio Sulpicio, tum consulari potestate Tribunus nupserat: Licinio Stoloni altera illustri quidem viro, sed plebeii ordinis. Erat fortè minor Fabia apud forem, tempusque cum ea, ut sit, terebat. Accidit interea, ut liqores, qui magistratum praecedebant, ostium Tribuni, se domum recipientis, virgæ de more percussissent. Quo sonitu terrorem, re timidus. Ductum ab Apologo quopiam Aepico, quo narrat, Venatorem quandam passorem obvium rogasse, nunciu Leonem vidisset, ut eum sibi demonstraret. Atque cum respondisset: Equidem tibi Leonis vestigia mox ostendero: neque enim procul absunt. Tum ille: Satis est, inquit, neque enim ultra quicquam requiro. Erasmus in Adagis.

A TONITRU, EGLIPSI.

ARCHELAUS Macedonum rex in Solis deliquio, rerum naturæ ignarus, & pavore attonitus, festinantius occludi regiam imperavit, & quòd afolebat in magno plerumque errore, comam filio decuti iussit. Cælius l. 7. c. 18. Lib. Antiq.

Bello Macedonico, quo Perthes rex debellatus fuit ingens Solis defectus contigit, quo non Macedones tantum regni sui excidium metuentes, verum etiam Romani ipsi vehementer terri fuerunt, quoad Sulpicius Gallus ex astronomia peritis rationibus Romanos suos confirmavit. Plut. in Emulo.

AUGUSTUS CAESAR tonitrua, & fulgura paulò infirmius expavecebat: ut semper, & ubique pedem vituli marini circumferret, pro remedio: atque ad omnem majoris tempestatis suspicio.

suspicionem, in abditum, & concameratum locum se recipere: confternatus olim per nocturnum iter transfursu fulguris.

TIBERIUM principem tonante celo coronati lauro solitum ferunt contra fulminum metus. Plin. lib. 15. cap. ult. C. CALIGULA, qui Deos alioqui contempnebat, ad minima tonitrua, & fulgura connivere, caput obvolvere, ad vero majora proripere se erat, sub lectumque condere solebat. Suetonius in Caligula.

ALEXANDER III. Pontifex in Francia agebat, ut adversus Imperatorem Fridericum I. sibi conciliaret ceteras nationes. Apud Senonas die Parasceves cum faceret divinum officium, horribiles facta sunt tenebrae: & dum lector Passionem Dominicam personaret, perveniretque ad eum locum, Consummationem est, fulgur tam stupendum cecidit, & tantus fragor intonuit, ut Alexander dimisso altari, & Lector omnia passione, ac omnes, qui aderant, fuga sibi consulere. Crantzius lib. 6. Metrop. cap. 46.

FRANCISCUS PETRARCHA tonitrua, & fulgura mirifice expavecebat. Hier. Squarrosus.

VENCESLAUS IV. Boemorum rex, fulgura, & tonitrua adeo expavecebat, ut assidue reliquias Sanctorum circumferret: & si copia templi vicini aderat, in illud penetrabat, ad motusque altaribus, Deum auxiliatorem deprecabatur. Dubravius.

PHILIPPUS Vicecomes fuit natura pertimidus, usque adeo, ut vel mediocri tonitruo audito formidine quateretur, & subterranas latebras amenti similis quaeriret. Jovius in Philip.

AB AQUA, NAUFRAGIO.

ARISTIPPUS Socraticus Philosophus cum in mari periclitaretur, ex calluit. Eam ob causam cum miles quidam ei insultaret, quod parum philosophice se gessisset videtur, cum ipse nihil metueret, respondit: Non eadem causa tibi, atque mihi fuit metuendi. Tu pro anima nebulonis follicitus non fuisti, ego autem pro anima Philosophi. Elian. l. 9. Var. histor. l. 9. Gellius lib. 19. c. 1. quare non, quidem mali, Stoicos moveri asserit, tanquam homines, ad curam suam non addere. Repetit D. Augustinus lib. 9. de civit. Dei, c. 4.

A CARDUIS.

CAROLO Burgundo cum Proceribus Francorum Ludovico XI. regem Parisiis obsidente, nocte intempesta vigiles castrorum audire vocem ejusmodi, qui diceret, se a certis hominibus, quos nominabat, & studiose Ducum iustum esse, ut nunciaret, statuisse Regem summo mane omnibus copiis in tria agmina divisos castra oppugnare: proinde sibi cavere, ne incauti opprimerentur. Excitati statim exercitus, ut arma caperent, missique Sole orto exploratores, retulerunt vidisse se ingentem vim hastatorum. Iterum missi alii equites, idem confirmarunt. Multo tandem die caligine discussa, liquidior lux errorum aperuit: Carduus scilicet, quibus suburbanus ager vestitur, hastas timidus visos esse. Emil. l. 10.

A STIATUIS.

CASSANDER Antipatri F. cum Alexandrum Magnum Babylonem convenisset, eique ob suspicionem insidiarum parum gratus esse videretur: ingenti terrore correptus fuit, suspicionem regis metuens: usque adeo, ut insectis temporibus regnum Macedonia obtinens, & Graeciae dominus, cum Delphis inambularet, contemplereturque statuas, simulacro conspecto Alexandri, subito horrore toto contremuerit corpore, & ad illius imaginem conspectum astuans agere collegerit se. Plut. in Alex.

TERRORIS VACUITAS.

IMPERTERRITI.

Facit haec Animi tranquillitas ad toleranda simul, & propulsanda mala constanti, & fortes: Proinde ex Fortitudine tolerante, & propulsante locus iste illustratur.

A SPECTRIS NON TERRERI.

HILARIONEM Abbatem, Adolecentulum, in solitudine habitantem, a tota nocte queriantes latrones invenire nequeverunt. Ut autem illuxit, inventum de improvviso circumfretere. Quid tu hic, inquit, adolescens, si te adoritur latrones? Nudus latrones non timet, respondit. At si vires, ajunt, intenter periculum? Nec id quidem timet, inquit, qui paratus est mori. Tunc illi stupentes, propostum mutant, crimen confitentur: veniam polcunt, & impetrant. Sab. l. 8. cap. 8.

AB HOSTIBUS NON TERRERI.

PYRRHUS Epirotarum rex etiam in conspectu a belli terroribus minime movebatur. Verum manibus, & corpore intentus in praelium, cum iis, in quos incidit, dimicabat strenue: neque turbabatur animo tamen, neque desituebat mente: verum, ut si extra pugnam esset, gubernabat bonis consiliis certamen, atque accurrebat ipse, ubicunque laborari videret, ad ferendum auxilium. Plut. in Pyrrho.

VITIGES Romam obsidente, cum intercisus aquaductibus, neque lavari, neque potare multitudine posset, ac praetera a mœnibus custodiendis invigilare assidue cogere, atque agros, & testa sua uti a Gothis ex mœnibus prospiceret, atque agrè ferre cepit, quod tantis malis infons afficeretur. Itaque Belisarius liberis maledicere, quod sine idoneo praesidio ausus esset cum Gothis bellum suscipere, atque eadem etiam sententias ei exprobare. Quibus rebos cognitis, Vitiges, ut res Romanas majore tumultu miseret, oratores in urbem misit, qui ad Belisarium, praesentibus senatoribus, & exercitus ducibus, ita loquuti sunt: Si viribus suis confusus hoc bellum intulisset, posse eum è muris Gothorum copias cum suis comparare: si fides audacia, fore, ut brevi temeritatis suae poeniteret. Proinde ne Romanos diutius miseros haberet, quos Theodericus florentissimos esse, & beatissimos voluisset: nec regi Italorum, atque Gothorum resisteret, cum ipse inclusus, ac de se sollicitus Roma federet: Vitigem liberam ipse abundi potestatem permittere, Romanis, veniam proditionis suae, pristina benignitate spondere. Quibus Belisarius: Belli arbitrium non in eorum esse potestate, sed sua: se autem daturum operam, ut Gothi vix locum inter sentiet ad caput occulendum reperiant: se, cum Romam cepit, alienum nihil occupavisse: Gothos prae donum more eam cepisse, atque invitis pristinis possessioribus, tenuisse: falli autem, si se tam recuperatos sperent ejus certe voti, vivente Belisario, quod non futurum. Romanis tacentibus, neque ad ea, & de proditione illi dixerant, responditibus: Fidelis vir antiqui virtutis Gothos iristi, & ea, quae dixerant, resutavit. Legati in castra reversi, roganti Vitige, quo animo esset Belisarius, nunquam cum metu cessurum asseruerunt. Itaque animum ad oppugnationem urbis adjecit. Sigon. lib. 18. Imp. occid.

DANOS milites, nec pugni, nec clavisz excepto oculos claudere solitos, ex Saxons lib. 10. constat.

Vide Tit. Explorare Fortitudinem.

A B ANIMALIBUS.

C. FABRICIUS Lucinus legatus missus ad Pyrrhum regem, elephanti barritu nihil terribus. ACTIVS Vicecomes, cum patris Galeacii iustu Castruccio, Pistorium urbem a Florentinis occupatam armis recuperaturo, opem laturus Appenninum transisset, descendens equo requiescebat. Ibi ingens vipera nullo comite adventente in Galeam juxta postam irrepit. Quam cum mox capiti reponeret, innocuo lapsu per decoras interriti ducis genas illa descendit. Eam a nemine laedi passus animosus adolescens, ad omen geminae victoriae traxit: hinc praecipue, quod ipse pro signo bellico vipera uretetur. Jovius in vita Aetii ex Francisc. co Petrarcha.

EXCOMMUNICATIONE.

PETRUS Aragonum rex Carolum Andegavensem Siciliae regno deiecit. Martinus IV. Pontifex Maximus Petrum numeratim numero impiorum habendum sanxit: sacrum in eum bellum decrevit: regi regni etiam Tarracoenfis ei abrogavit: idque Carolo Valensi Comiti Philippi III. regis Francisci ex sortore Petri filio attribuit, ne in alienam cognitionem transferri sceptrum populares conquirentur eosque a vinculo fidelitatis, iurisque jurandi religione solvit, quia se Petro obligarant. Milites, ut sacra militia, Cruce pro insigni belli utebantur. Petrus, qui Pontifex ei nomen Regium sanctione abrogarat, veteratque ei Regi adscribi, per superbum ludificationem, Pater duorum Regnorum, marisque dominus, scribebat. Anno Christi 1285. Emiliius lib. 5.

In obsidione Novariensi, quo auctoritate, armisque sacris, humanis viribus favorem conciliarent, Veneti cum Ludovico Sfortia a Pontifice Alexandro VI. impetrarunt, ut is facialem unum ex iis, qui clavam argenteam praerant, ad Carolum IX. Galliae regem tunc Vercellis subsistentem mitteret, qui cipræperet, intra decimum diem ipse cum

eis copiis, quas fecum habere, Italia discederet. Aliud item breve temporis spatium praestitit, quo suos omnes a Neapolitano regno deduceat: alioqui poenis illis, quas Ecclesia minari solet, propostis, sefe Romam coram ipso sifiteret: quo remedio Pontifices olim veteres usi sunt. Ille vero irridens mandatum respondit: se Neapoli redeuntem, quò ei pedes reverenter oscularetur, Romam venisse, sed Pontificem ibi expectare noluisse: se mirari, cum non tantopere, ut Romam veniat, urgere: verum tamen, ut ei partat, in id incumbere, ut sibi viam, qua Romam ducit, aperiat: rogare ne frustra hoc incommodi suscipiat, se expectare in urbe ne gravetur. Guicciardinius lib. 2.

MORTE.

Vide Locum, Mortis tolerantia.

EXILIO.

C. MARTIUS CORIOLANUS perpetui exilii poena a populo Romae damnatus, impetriturus, & infractus gestu, & incessu, & vultu constans, in summa perturbatione senatus, nihil fortuna sua capus visus est: non ratione, aut animi lenitate, aut quòd casum suum ferret modice, sed quòd esset ita oppressus, & indignatione, quam plerique nescium aegritudinem esse. Plut. in Coriolano.

DE TERRORI QUEM PANICUM VOCAMUS.

Quis, & unde se dicitur.

Terrores, quos Panicos vocant historici, & Divinos appellat Pindarus, ut in quibus ait, etiam Deorum liberi fugiunt; describuntur apud Hesiodum c. 13. in hunc modum. Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentum: vox sonitus regum, & populorum congregatorum, &c. Propter hoc omnes dissolvuntur, & omne cor hominis contabescit, & conturbatur. Unusquisque studebit ad proximum suum, facies combustae vultus corum.

Placido veteres dicebant subitam animorum consternationem, sed inane. Existimabant enim Panem Deum repentinis terrores, animique consternationes concitare, & lymphatis similes reddere homines, sui que impotentes. Refert autem Higinus, Panem Deum translatum ad signum Capricorni, primum Jovi Titanas oppugnanti, hunc terrorem objecisse, testudinem, sive concham tortilem, qualem vocant Graeci, insidando, & ita novo tubae ignota sonitu perorando, cum in fugam conjecisset.

Est ergo Panicus terror, quando in exercitu, aut alia hominum multitudine, repentina turbatio, & animorum consternatio oritur, quae etiam ad equos, aliaque animalia descendat, ut omnes fugiant nemine persequente, idque per impressionem quandam mente apprehensam, & fortius commoventem, ac rationem ipsam privantem.

Quod de Pane Deo dicimus, etiam Pausanias in Thoeicis scribit, ubi refert, Gallos duce Brenno ad templum Delphicum fuisse consternatos, ac inter alia scribit: εἰ δὲ τῆς νύκτος ὄψοις ὀπίσθιν ἐπιπέσει παρὰ τοὺς ἀπὸ τῆς αἰτίας ἀδύνατος δειψομένη ἐκ τῆς ὄρας ὅταν γινώσκῃ, quod interpretatur: Caterum noctu irrui in eos terror panicus: siquidem pavores nulla de causa exortos ajunt ab hoc immitti.

Sed & Nonius Poeta furentem Athamanta describens, nunc d' insano Panos flagello furiam ait: nunc intra ipsius aures bombum illum infonuisse panici Saturnii flagelli: verba sunt.

Οὐρανὸς ἀδύνατος παρὰ τοὺς ἰσχυροὺς ἄνδρας, Ἄντ δὲ ἰσχυροὺς, ἀνδρῶν.

Et iterum. Πενήδος ἰσχυροὺς ἐπιπέσει δειψοὺς ἰσχυροὺς. Extant eadem de re versus pulcherrimi Valerii Flaccii Poetae lib. 3. Argonauticon.

Dant, inquit, aethere longè signatubae: vox & mediis emissa tenebris: Hostis habet portus: soliti redire Pelasgi. Rupta quiete: Deus accipiem lymphaverat urbem Migdonia Pan iussa ferens scivissima matris: Pan memorum, bellique potens: quem lucis ab oris Antra tenent: patet ad medias per devia noctes Serigerum laus, & torvae coma sibilis frontis. Vox omnes super una tuba, qua comas, & enses Qua trepidis arvigat: noxurna quae muris Laestra cadant, talisque metus non martia cassis, Eumenidumque coma, non tristis ab aethere Gorgo Sparsit, aut tantis aciem raptaverit umbris

Ludus, & ille Deo pavida praesepibus aufert. Cum pecus, & profugi sternant dumeta juvenis. Quin etiam lib. 6. apud eundem barbarus quispian, ad terrorem incutiendum, simulachra Panos protulit.

Hispidus inque Dei latuit terrore Lycæi. Sotimus lib. 3. bistor. monstruoso aspectu quempiam apparuisse pellitum dicit, Albanis, Romanisque praelium commissuris. Etenim Deum Pana belligerum fuisse, vel ex argumento Nonii cognoscimus: vel ex Theocriti fistula, nam in ea sunt ista quoque verba de Pane Deo Οὐρανὸς πάρος ὄψοις ὀπίσθιν ἀδύνατος. Eundemque fuisse Atheniensibus auxilio contra Persas, cum alibi legimus, tum in ea, de qua modo, fistula.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Sed hujus etiam rei in sacris litteris illustria exempla habemus. Abraham, de cujus expeditionibus etiam Ebraei Scriptores, teste Eusebio, magna volumina conscripserunt, trecentis, & octodecim domi suae natis, & educatus Peris, quatuor reges, Ciliciae, Assyriae, Babyloniae, & Persiae, ultra quadraginta miliaria hostiliter intecutus, in fugam coniecit: praedamque, quam rapuerant, illis vi extorsit. Gen. 14.

Legimus Exod. cap. 14. de fuga Aegyptiorum, & terrore illis immisso. Jamque advenerat vigilia matutina: & ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum, & subvertit rotas eorum, ferebanturque in profundum. Significat enim facies Domini divinum terrorem, quo animi consternati fugiunt, etiam nemine persequente. Qui terror à Graecis δειψοὺς ὀπίσθιν ὀπίσθιν δειψοὺς, appellatur.

Esti Moyses, & Josue maximis essent instructi copiis, nihil tamen laude gerebant dignum, nisi Deus hostibus, qui instar gigantum in urbibus, & arcibus munitissimis habitabant, terrorem incuteret, & animum omnem auferret. Talis quando praecedebat consternatio, insignem semper hostium cedebat stragem, ne unico quidem ex suis desiderato.

Tempore Samuelis Philistini fulgure calitus demisso. Reruntur: sicut, & Quadi sub M. Antonino, & Attiald urbem Aureliam.

Cum Jonathas filius Saulis cum armigero suo in hostes impetum faceret, non unus cum decem, sicut ad Marathonem, neque unus cum tribus millibus, ut ad Thermopylas, congregabatur: sed Philistaeorum copia tantum non arena aequabant numerum: sex enim constabant millibus equitum, triginta millibus curruum falcatorum, hastis, gladiis, & falciis ita armatorum, ut proxima quoque demerent, & conciderent, & vastam inter hostes ederet stragem. sicut à Diodoro, Xenophonte, & Curtio describuntur. Hastantia, & tam numerosas copias Jonathas solus aggredi audebat: & eo quidem successu, ut hostes omnes in etiusillimam conciterentur fugam, adeo ut ipsa tellus sub pedibus hostium tremaret. 1. Reg. 4.

ACHAB Rex Israel à multis millibus hostium artificissime obfidebatur, ubi ex singulari Dei mandato ducentos triginta duos equites emittabat adversus triginta Reges, & duos, qui in castris securi interea convivabantur, & genio indulgebant. Eos parva hac manu ita terrebat, ut quam celerissime consentis equis, fuga sibi consulere. Similiter insequenti anno centum, & viginti millia Syrorum caedebat: & quidem copiis adeo extinguis, ut cum hostibus conferenda essent, vix instar gregis caprarum esse viderentur.

Huc etiam pertinent victoria illa Joram, & Josaphat, quas singulari Dei ope, antequam arma sua expedirent, obtinuerunt. Item Machabaeorum, Constantini Magni, & aliorum.

Asa etiam Rex Judae à decies centum millibus Aethiopum obfidebatur: sed quia majorem in Deo, quam exercitum suo fiduciam collocaret, ad intermicionem hostes suos caedebat. Extat historia de fuga Syrorum 2. Reg. 7. ubi dicitur: Dominus infuderat in aures Syrorum sonitum equorum, curruum, & maximarum copiarum, ut alii ad alios dicerent: Ecce Rex Israel contra nos mercede conduxit Reges Hittaeorum, & reges Aegyptios, ut in nos iruant. Et surgentes mane fugerunt, & reliquerunt sua tabernacula, equos, & ainos in castris, sicut erant disposita, & vita comite aufugerunt.

HISTORICA.

De Pompejo, viro abundante bellicis laudibus, & quiter triumphata.

triumphaverat semel de Asia, iterum de Hispanis, iterumque de Mithridate, sic scribit Cicero lib. 7. ad Atticum, epist. 136. Cur autem nos ter orem miseram, & incredibilem ut totus jacet? non animus est, non consilium, non copia, nondiligentia.

Mitam illa, fugam ab urbe turpissimam, timidissimas in oppidis conciones, ignoracionem non solum adversarii, sed etiam suarum copiarum. Rex Aethiopia Serath (de quo paulo ante) suscepit expeditionem contra Asiam regem Juda, habuitque in castris suis milies millia hominum. Sed punivi Dominus Aethiopes coram Asa, & Juda, ut fugerent. Et Asa, cum populo, qui ei aderat, persecutus est illos, usque ad Gerar, & Aethiopes ceciderunt, nec quicumque ex illis mansit superstitis, sed percussi sunt coram Domino, & coram castris ejus, & magnam vim spoliiorum inde tulerunt. Et ipse percussit omnia oppida in circuitu Gerar. Nam pavor Domini intravit in ea.

Terroris Panici exemplum quoque refert Jovianus Pontanus 12. de Fortuna, cap. 15. Theodosio Augusto satis parva manu cum Arbogasto Franco, & Eugenio conferenti; temperate caelo immixta opitulata est, tanta ventorum mole, & tergo suo in hostium oculos, atque acies, ut tela ab iis emissis retorqueret, ictusque eorum frustraretur, retroversumque, terga uti darent, cogeret. Hujus rei Claudianus meminit, inquit:

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab astris Aetolus armatas hyemes, cui militat aether, Et conjurati veniunt ad classica venti.

Vicit igitur Theodosius adversarios, quorum alter Arbogastus, inclinata acie fuga sibi mortem concivit: alter Eugenius, justus est interfecti, & legibus poenam dare.

Fabius Emilianus triginta millibus fudit ducenta millia Gallorum ad Rhodanum.

Pompejus Mithridatis quadraginta millia fudit, non viginti milites desiderans. Lucullus contra Tigranem ducens vix viginti milium copiarum partem, occidit centum millia: vix centum vulneratis, & quinque caesis fuit.

Summis effugerunt nauidionem in Illyrium ratus classem Romanorum non longe abesse, subito terrore correptus, collectis anchoris inhibere remos, ac convertere Giter jussit: utredique, & nullo servato ordine retrocedens, postredie Cephaleniam appulit, ne nocte quidem cursum dirimere. Hic recreatis parum per animis aliquamdiu constitit, simulans se urgentibus certis Peloponnesiacis rebus eod reversum esse. Accidit autem omnem eum timorem esse vanum. Etenim Sacerdotalis cum audivisset Philippum per hyemem magnam multitudinem lemborum adificasse: adventum ejus per mare veritus, auxilium Romanorum per legatum impetravit, Romani decem naves ex classe, quae Lilybaei erat, inviser. Haec juxta Rhegium transiens fuerunt visae. Quorum timore nisi frustra correptus rex fuisset fugissetque: & his potius facile poterat, & peropportunitatem ad res Illyricas tempus haberet.

ALEXANDER Magnus ex Europa adversus Dariam educat exercitum, qui constabat triginta millibus pedum, & quinque millibus equitum, & propter paucitatem copiarum irridebatur. Sed in primo praelio de copiis Darii, quae, teste Diod. circiter quadringenta millia habebant, centum millia pedum, & decem millia equitum caedebat: & ipse vero ex suis tantum triginta duos pedes, centum, & quinquaginta equites desiderabat: quinquaginta vulnerabantur, ut ait Curtius.

Trecenti Lacedaemonii toti Xerxes exercitui in angustiis viis ad Thermopylas fortiter sese opposuerunt, ex coque viginti millia trucidantur.

Cum Miltiades cum undecim millibus, centum millibus Perficorum pedum, & decem millia equitum, quodam in loco duobus Germanicis milliariibus Athenis distante, in fugam coniceret: & Brenni copiae, quas ex Gallia in Graeciam ducebat, centum, & quinquaginta millia pedum, & sexaginta millia equitum continentes, a parvo Graecorum numero, inter quos ipsa etiam feminae in Aetolia arma induerunt, & satis animose, viriliterque cum hoste confluxerunt, ad interfectionem cederentur: scribitur, Panicus quidam terror hostibus omnem animum ademisse, eosque perterritos, ut quacunque aspexerint, vel audiverint, terrorem, & metum illis incusserint. Ut prolixè haec commemorat Pausanias.

Quam confertionem terrorem panicum vocarunt, quia ad Marathonem in fuga Persarum species quaedam Panos apparuit: quae Atheniensibus, auxilium a Spartanis petentibus, per legatum, quem ablegarant, certam promisit opem: atque ita ut pollicita fuerat, hostibus fugae causa extitit: ob quam operam Athenienses illi peculiare dedicarunt templum, divinosque honores exhibuerunt.

Herodotus lib. 4. narrat de Scytharum servis, armis, & bello invadentibus ipsos heros: qui aliquoties ipsis cedere sunt coacti. Saepè commissa, inquit, pugna: cum nihil tamen proficerent, quidam ex eis inquit: Quidam rei facimus viri Scythae, cum nostris ipsorum servis dimicantes? qui, & cum interficimur, ipsi pauciores efficiuntur: & illos interficiendo, pauciores deinceps imperabimus. Mihi videtur hastis, arcubusque

omissis, sumenda flagella, quibus equos verberamus, & ad illos propius eundem. Nam quoad vident nos arma habentes, arbitrantur se similes nobis, atque & similibus esse: ubi nos pro armis verbera tenentes viderint, tunc se nostros servos esse intelligentes, atque id agnoscentes, non perferunt. Hoc Scythae cum audissent, ita sibi faciendum putaverunt. Quae ex re percussis, illi pugnae immemores, fugam capesserunt.

* TERROR PANICUM ETIAM REI PRAECLARE GERENDAE OCCASIONEM TOLLERE.

Q. FABIVS dictator diutius cunctando victoria exultantem Hannibalem frustratus fuerat, donec cum in agrum Calenum cum omni exercitu traxerat: inque campum Stellatam: est enim locus in viis montibus, atque fluminibus circumseptus. Et Fabius Malliculam, Capiliumque montes valido militum praesidio muniverat. Quibus quidem rebus effectum videbatur, ut Punicus exercitus circumventus, aut difficili fuga opprimeretur, aut inopia comedeat deficeret: ni Punico ingenio virtus Ducis adjuva, novum, inauditumque commentum meditata fuisset. Agnito enim periculo, duo circiter boum millia (quae ex praesina prada habebat) opportuno silentio adduci jubet, & cornibus singulorum, famentorum facies praeligari, atque incendi. Boves igitur famam aggre ferentes, ad nota montium divortia cursu eadunt, quos instructus suo ordine Punicus exercitus paulatim sequebatur. Romani milites, qui praesidio locum adierant, novitate rei perterriti, ex opportuno motu discessere, & Fabius Punicam fraudem metuens, suos intra vallum continuit. Et sic Hannibal incolomis cum omni exercitu evasit, cum Romani novae rei facie territi locum deseruerunt. Haec itaque remane cum deinde illuxisset, omnibus ludibrio, risuque fuit, nec parum de Fabii Maximi laude detraxit. Francisc. Patric. lib. 5. de regno tit. 4.

CAESAR cum ad solam famam adventantium Germanorum suos ita videret exterritos, ut permulti e castris jam abirent: quibus non artibus terrorem illum, sola opinione conceptum & militum suorum animis excutere conatus est.

PHILIPPUS Rex cum institueret navigationem in Illyrium ratus classem Romanorum non longe abesse, subito terrore correptus, collectis anchoris inhibere remos, ac convertere Giter jussit: utredique, & nullo servato ordine retrocedens, postredie Cephaleniam appulit, ne nocte quidem cursum dirimere. Hic recreatis parum per animis aliquamdiu constitit, simulans se urgentibus certis Peloponnesiacis rebus eod reversum esse. Accidit autem omnem eum timorem esse vanum. Etenim Sacerdotalis cum audivisset Philippum per hyemem magnam multitudinem lemborum adificasse: adventum ejus per mare veritus, auxilium Romanorum per legatum impetravit, Romani decem naves ex classe, quae Lilybaei erat, inviser. Haec juxta Rhegium transiens fuerunt visae. Quorum timore nisi frustra correptus rex fuisset fugissetque: & his potius facile poterat, & peropportunitatem ad res Illyricas tempus haberet.

Tessera.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Tessera visio Graecè, est figura omni ex parte quadrata, teste Macrobio lib. 2. In somnium Scip. hoc est constans sex lateribus aequalibus, qualem videre est in iis officulis, quibus in alveolo ludianus, punctis quibusdam distinctis, & in quamcumque incubuerint partem, immotam stabilitatem habentibus, quae a Latinis tesserae vocantur.

Erant autem tesserae varii generis, prout res variae per eas significabantur. Nos de illis in particulari quadam trademus.

MILITIAE COMMILITONIS. TESSERA BELLICA.

Tessera (inquit Polybius) tabella erat inscripta, quae sole occiduo a tribuno accepta ferebatur ad signorum principes, rursusque ad tribunum redibat, unde in omnibus esse datum signum cognoscebat: necdum se intendentibus tenebris, perque omnes ad se pervenisse. Caes. lib. 27. cap. 21. A. L. Fuit ergo symbolum bellicum, & signum, quo focii milites dignoscebantur ab hostibus, ut pro quibus, & contra quos arma sumerent, facile dignoscerent. Quod ipsum ut voce dabatur, ita ad praesentem locum pertinet. Ut verò te expri-

exprimebatur (sic Parthenios Spartanus luto utos tessera loco, A item alias Spartanos arundinem pro tessera gestasse, & septem Persas dum Magos noctu adoniturum nodum posticum tiazar in frontem rejecisse legimus) inter insignia connumeranda fuit Tessera.

Iphicrates militibus suis tesseram dat Mercurium Philium.

Vide Tit. Militum alacritatem excitare auxilium humani confidentia.

Tesseram fuisse in castris C. Jul. Victoriam: in Pompeii Magni, Herculem invictum: in Pompeii juvenis, Pietatem narrat. In M. Antonii exercitu Lardus fuit, in Sylla autem Apollo. Neronem verò Optimam matrem militibus tesseram dedidisse tradunt. Brutus in Philippis Apollinem. Cyri autem tessera fuit, Jupiter belli focus, & dux. Divero Antonii, Aequanimitatis: Severus Septimium, Laborem: Pertinax, Militem: Claudius Caelar Graecanicum versus distinxit tesseram in haec verba: Vitum ulcisci decet, qui prior injuriatur, Demetrius Poliorcetes Jovem, & Victoriam. Antiochus Soter, ad versus Galatas dicturus, signum proposuit, Bene valere. B Moeccenas quoties in castris ducis fungebatur officio, Distinguit tesseram dedit. Alex. lib. 4. c. 2.

Phoenicium, & Theusalorum militaris tessera, his dea Minerva Itonia, illis Phocus, gentis auctor. Pausanias l. 10.

C. CALIGULA mulierosus Imp. quia obsecravit tesseram Cassio Cherea tribuno dare consuevit, ab eodem occisus est. Suetonius.

MANUEL COMNENUS Imp. per Basilium Zicandiam, & Michaelem Angelum, belli legatos, noctu hostes Turcas invasurus, hanc tesseram exercitui in nocturno conflictu dedit, ut exclamarent, Ferrum ut suos ea voce agnitos inviolatos praeteriret: alios verò, qui taciti accederent, occiderent, ut peregrinos. Sed Turcae, post multam tandem eadem, tessera illa intellecta, eandem vocem, & illi usurparunt, donec clapsa nocte direptus exercitus. Niceas lib. 3.

Tessera Christiana militum in Orientem, Deus vult.

Vide Tit. Expeditionis sacrae Christianorum. NICOLAUS Myria praefectus contra Turcas, suis tessera data Christi, & Michaelis, nocturna caede hostes caede profugavit. Bonifinus.

C CONJURATIONIS. TESSERA CONJURATORUM.

CASSIUS Chærea conjuratorum princeps tesseram suis dederat in interficiendo Caio, quasi victimam diis gratam futuram immolaturis: Hoc age. Suetonius. Josephus verò lib. 19. c. 1. ait tesseram fuisse, Repte.

STATUS PRÆSENTIS.

Cum Praxiteles falso effectum nunciatum, officinam ejus incendio correptam: Cupidinem saltem, & Satyrum superstitis manere optavit. Qua voce Phryne meretrix, cui ille optionem signi praestantissimi unius dederat, astute delectum habere dicit, adeoque Cupidinem elegit. Pausan. in Atticis.

* TESSERA FRUMENTARIA.

Erat etiam Tessera, sive signum frumentarium, quo exhibitio uniusquisque à Principe frumentum accipiebat, de hac Juvenalis.

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit Frumenti.

Et Persius. scabiosum tesseraula far Possidet.

* NUMMARIA.

Sicuti ad frumentum consequendum, ita & ad pecuniam recipiendam dabatur tessera, sive certum signum, quod dabatur aetarii Praefecto, qui portionem debitam numerabat.

* HOSPITALIS.

Denique tesserae fuerunt hospitales, quas hospites, eorumque liberi secum ferebant, ut inter veteres, & paternos hospites agnoscerentur. Hinc Hanno Pœnus apud Plautum in Penulo, cum Antidamo hospite esset usus, apud Agorastoclem Antidami filium adoptivum divertere non dubitavit, nam Deum, inquit, hospitalem, ac tesseram mecum fero.

Et postea idem Pœnus ipsum Agorastoclem sibi ignotum affatus:

Ego, inquit, hic hospitium habeo, Antidami filium Quero.

Cui cum Agorastocles respondisset, se illum esse, quem quaereres, dixit ille:

Si ita est, tesseram

Conferre sivoi hoc hospitalem, ecce attuli.

Cui Agorastocles. Agendum huic ostende: est par probe: nam habeo domum. Pœnus igitur:

O mi hospes, salve multum, nam mihi tuus pater.

Pater tuus ergo hospes Antidamus fuit,

Hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit.

Cui Agorastocles. Ergo hic apud me hospitium tibi præbebitur. Nam haud repudiò hospitium, &c.

Sic is, qui jus hospitii violaverat, tesseram hospitalem confregisse dicebatur. Plautus in Cistela.

Ubi quaerere, ubi tuo iurejurando satis sit subsidi.

Frangere igitur tesseram, id est, jus hospitii violare, & amicitiam, consuetudinemque praesentem dissolvere, natum ex Veterum consuetudine, qui hospitibus tesseras quasdam dabant, quibus ostensis eos, vel eorum filios longo intervallo venientes agnoscerent. Vide Erasmus in Adag.

Fuit autem hujus tesserae usus tam apud Græcos, quam Romanos, ut apud quos jus, & necessitudo hospitii transibat, ideoque tesseram hospitalem, symbolum nempe, atque pignus amicitiae, diligenter observabant. De quo more Græci quoque usitato sic scribit Euripidis Scholiastes in Hippolyto: Qui hospitio excipiebantur, tesseram incidentes, dimidiamque partem relinquebant, iis, a quibus erant excepti, ut si opus esset, vel ipsos, vel ipsorum posteros, aut amicos, eodem rursus uti hospitio, dimidiata illa prolata tessera, hospitii jus, atque necessitudo renovaretur. Nam quemadmodum apud Græcos mutua quaedam munera ultra citroque data, & accepta, hospitalis fœderis cum patrum, & aviti, tum recens contracti erant nota aquae pignora: ita quoque Romani tesseram solebant dare hospitibus dimidiatam, quam quicumque attulisset ad hospitium, continuo agnosci posset, & hospitio accipi, tanquam amicus, & verus hospes.

Fiebant autem hæ tesserae ex ligno longiusculo, & utrinque exaquo, & complanato, teste Lambino in Plautum, & Bernard. in Sueton.

Et ut certa fuit hospitii contrahendi ratio, quæ tesseriis ultra citroque datis, ut dixi, fiebat: ita si quem contra hostium poenituisse, renuciare hospitium solebat, tesseram consumendo, ne hospitii jus violaret.

Cic. in Verrem Act. 4. Itaque vehementer iste Athenio infensus, hospitium ejus renuciavit, domo ejus emigrat, atque adeo exit: nam jam ante emigrat. Sic Baldus quoque Campanus, Q. Crispino Romano, in conspectu duorum exercituum, hospitium solemniter renuciavit, ut cum eo hostili animo congressi posset, teste Livio Dec. 3. lib. 3. Videat etiam Leclercque de notis Tesserae uti a nobis dicta sunt in loco de Descriptione.

* Testamentum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Testamentum, Græcè ἑσθησις, & ἑσθησις, testator dicitur, Hebr. Berith, fœdus, pactum, testamentum Cognationem hæc vox habet cum verbo Barath, id est, pepigit, cum quo plerumque etiam constituitur. Vel derivatur a verbo Bithar, dissecuit, divisit per medium. Nam fœdera olim fiebant ceremoniis ferendarum, seu mandandarum pecudum, & fœderis ejusmodi exitum imprecabantur fœderati: fœderum, & testamentorum discrimina in Jurisconsultorum, & Theologorum libris explicantur. Est autem testamentum proprie, percipiendæ hæreditatis institutio filiis a patre. Ideo primo perinet ad promissiones, secundo ad mandata, quæ se habent, sicut via ad consequendam hæreditatem promissam. Ex B. Th. 3. part. quæst. 78. art. 3.

Dicitur ergo Testamentum, quasi quaedam mentis testatio: quamvis ali deducant a voce Testamen, quod scilicet testator voluntatem suam testetur. Unde & ultima, sive suprema voluntas appellatur.

Itaque testamentum communiter à Canonistis, & Theologis definitur, voluntatis nostræ justa sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit, cum hæreditatis institutione directâ, vel clarius: Testamentum est voluntas ultima, quæ directè instituit hæres, secluso quocunque privilegio.

Exclu-

Excluditur Codicillus, legatum, donatio causa mortis, quia per illa non instituitur heres directe, ut nec per fideicommissum, & quidem quoad codicillum, is non fit ad institutum heredem; (nisi interdum ex privilegio, quale concepitur militi, ut patet *l. Militis codicillis, 36. §. de milit. test.*) sed ad aliquid in testamento explicandum, vel mutandum addendum, vel detrahendum; ut ad legata instituenda, vel ad substitutionem fideicommissariam faciendam, &c. In codicillo, quoque sufficiunt 5. testes, etiam si non sint rogati; inter quos possunt etiam esse mulieres. In testamento autem requiruntur 7. testes rogati masculi, & puberes. *Vide Sylv. V. testament. 2. n. 2.* Hinc fit, ut clausula codicillaris testamento addita (qua significat testator se velle suam dispositionem valere per modum vel Testamenti, vel codicillis; vel generatim se velle illam valere meliore, quo potest modo, eam vim habeat, ut etiam si Testamentum ob defectum solemnitatis non valeat, qua testamentum (id est, quoad institutionem heredis directam) valeat tamen, qua codicillus.

TESTAMENTI DIVISIO.

Præter antiquatam illam divisionem Testamenti, quæ reperitur *inst. de testam. §. 1.* dividi potest Testamentum. Primo, ratione formæ, in scriptum, & nuncupativum. Scriptum illud vocant, in quo interveniunt solemnitates requisitæ in *l. hac Consultissima C. de Testam. Nuncupativum* autem, quod conficitur per nuncupationem sine scriptis, juxta formam, quæ est *ead. l. §. per nuncupationem*. Ubi observanda non desimere esse nuncupativum, etiam si fuerit in scripturam redactum, immo nisi constet testatorem voluisse in scriptis testari, etiam si defuerint in scripto Testamentum aliqua solemnitas, poterit valere tanquam nuncupativum, ut docet *Fulvius Clarus de Test. q. 4.* Secundo, dividitur ex fine. Aliud enim est ad pias causas, aliud ad profanas. Tertio, ex effectu, in Testamentum inter liberos, & inter extraneos. Quarto, ex efficiente. Aliud enim est militis, aliud pagani, aliud cæci, aliud videntis.

QUIBUS LICITUM, AUT ILLICITUM TESTARI.

Non omnibus permittitur est facere Testamentum. Intestabiles enim sunt imprimis Impuberes: ii enim, etiam pubertati proximi, ne quidem ad pias causas testari possunt; favor enim piae causæ non supplet defectum voluntatis, & intellectus, *Ita Julius Clarus q. 5.* qui dicit hanc esse communem. II. Testari non potest Furiosus, qui mente captus, nisi forte lucida habeat intervalla; in illis enim testari poterit, *Inst. de quibus non est permittitur facere Testam. §. Furiosus l. 2. de Testam. Censetur autem carere judicio rationis sufficienti ad testandum, quando caret sufficienti ad peccandum mortaliter, ut post, alios tradit Lælius. III. Testamentum facere non potest, qui ad nativitate perfectè fuerit Surdus simul, & Mutus, *l. Discretis, C. qui Testamenta facere possunt, nisi ad pias causas, & si miles sit etiam ad alias. Molina disp. 136.* IV. Prodigus, & cui administratio bonorum interdita est, non potest testari, ne quidem ad pias causas, valet tamen ejus testamentum, quod forte prius fecit. *Institutione supra.* V. Servi Testamentum invalidum est, neque convalescit, etiam si postea manumittatur: immo invalidum erit, si testator putet se esse servum, etiam si verè sit liber factus, *l. qui in Testamento, ff. de Testam.* Hic tamen excipit Testamentum ad pias causas. VI. Filiusfamilias non habet Testamenti factionem activam ex peculio adventitio, ne quidem consensu patris, *l. qui in potestate ff. eod. Inst. supra §. 1.* Valere tamen ejus Testamentum factum ad pias causas permittitur, est probabilis, ut docet *Fulvius Clarus q. 5. ex cap. licet, de Sepult. in 6.* VII. Religiosus non potest testari. Quod extenditur I. etiam ad Testamentum in pias causas, tum quia Religiosi bona non habent, propter votum paupertatis; tum quia voluntatem propriam non habent, adeoque nec ultimam propter votum obedientiæ. II. Extenditur etiam ad revocationem Testamenti ante professionem facti. III. Extenditur ad Abbates, & reliquos Superiores Religiosos. IV. Ad volentem testari ratione consuetudinis, quia consuetudo ejusmodi non est rationalis, si generatim non per-*

mittat Religiosus. Unde hic fallit regula Jurisperitorum, quod queritur per privilegium, queri posse per consuetudinem, & E prescriptionem.

V. Extenditur etiam ad illum, qui administrationem perpetuam aliquorum bonorum habet, & sua industria quadam acquisivit, quorum usus ei fortè concessus fuit in vita. Nisi enim per dispensationem ad testandum ei administratio protegetur, testari non poterit. Limitandum tamen hic. Primò, ut excipiantur Testamentum Novitii nondum professi. Patet ex *Authentica, Nunc autem, C. de Episc. & Clericis, cap. si qua mulier 19. q. 3.* Secunda limitatio est ex dispensatione: Pontificis enim dispensante potest Religiosus testari ad pias causas: non tamen sufficit consensus Abbatis solus enim Pontifex dispensat, neque solet cum Religiosis simplicibus, qui in conventibus perfectæ communitatis vivunt, sed cum Beneficiariis, aut qui alias extra Monasterium vivere permitti sunt. Tertia, Eremitæ testari possunt. Sic D. Paulus B. Antonio reliquit passum. *Gratianus post eap. Perlatum 19. q. 3.* Quarta, Religiosus intestatus si liberos habeat, potest inter eos bona sua dividere, ita ut nullus eorum legittimam, & quod eis non dederit, Monasterio competat, *l. si qua mulier 19. q. 3. Authentica, Nunc autem, C. de Episcopis, & Clericis.* Quod etiam intellige de eo, qui unicam habet prolem, modo legitima sit, aut legitima, aut naturalis eo loco, ubi naturalis succedit. *Novar. in cap. Non dicatis 12. q. 1. n. 47.* Quinta, Commendatarii, etiam si suo modo sint religiosi, quia tamen non perfectè, præcipue quoad paupertatem, testari possunt, potissimum illi, qui etiam castitatis voto non tenentur, quamvis paulo rigidius de his loquatur *Novar. in d. d. cap. 19. q. 3. de rebus Eccles. n. 12.* Octavo, Beneficiarius de fructibus Beneficiorum suorum, qui non transiunt in qualitate, quasi patrimonialium, sed manent merè Ecclesiastici, testari non possunt de jure communi, ita ut invalida sit ejusmodi institutio. Quando autem ex consuetudine, aut Pontificia dispensatione testantur, non tamen licet eis testari nisi in causis pias, etsi validè testentur etiam ad causas non pias. Nonò, testari non potest Damnatu ad mortem naturalem, vel civilem, ut potè damnatu ad metallum, deportatus, & interdictus aqua, & igni: immo etiam ante factum ejus Testamentum eo ipso fiat nullum. Excipit, nisi bona ipsius non publicentur, tum enim condere valet Testamentum. Decimò, fuit quædam crimina, quorum patrorum fiat intestabilis: nam publicus Ufurarius, quorum non permittitur, nisi restituat usuras, aut cautionem det, de illis restituendis, *cap. Quamquam, §. finali, de usuris in 6.* Quod extendendum est etiam ad Codicillos. *Glossa ibid.* Item infamis ob libellum famosum à de editum testari non potest, *l. 1. §. qui ff. de Testam.* Intestabilis etiam est reus criminis læsæ Majestatis, sed non nisi post sententiam saltem declaratoriam, *l. Quisquis C. ad legem Juliam majestatis.* Item qui hostiliter fuit infectatus Cardinalem, *cap. Felicis de Penit. in 6.*

SOLEMNITATES AD TESTAMENTUM REQUISITÆ.

Jure Civili septem testes, & Notarius, aut octavus testis ejus loco, & alia quadam solemnia in Testamentis adhiberi debent, de quibus *l. hac Consultissima, C. qui Testamentum facere possunt, §. abibi.* A rigore illo legum, quo septem testes cum Notario ad Testamentum requiruntur, facile est recessum, & quoque utroque jure recessum sit, non satis clarè à DD. explicatur. Leo Junior, qui post Justinianum Novellas edidit (quæ tamen receptæ non sunt) in communibus Testamentis quæque solus testes requiritur: in paganorum verò testamentis tres voluit sufficere. In ipso etiam Corpore Juris Civilis privilegia sua hic habet testamentum militis, *Inst. de militari testamento, §. 1. C. §. ff. eodem l. 1.* Sanè ab omni penè solemnitate eorum absolvitur militia factum testamentum: quod extenditur etiam ad non milites, qui sunt in castris in terra hostili. Item testamentum inter liberos valet cum duobus testibus, five masculis, five feminis, *l. hac Consultissima, C. de Testament. Molina disp. 128.* quod de liberis dicitur, extendit etiam ad alios descendentes. Item testamentum ruri degentium, ubi pauci sunt literati, & permittit lex fieri presentibus quinque testibus, etiam si non subscribant, *l. finali, C. de Testamentis.*

Solut-

Solutum quoque est à solemnitate testium testamentum factum coram Principe, *l. omnium, C. de testamentis, Julius Clarus q. 561. Molina disp. 129.*

Habet quoque privilegium suum testamentum ad pias causas: sufficiunt enim ad illud duo testes, qui requiruntur jure gentium, estque communitas sententia, quam sequitur *Clarus q. 6. num. 1. confirmatur ex c. Relatum 1. Testamentis, ubi aperte illud habet Summarium: In codicillo etiam ultra quinque testes jura non requiruntur, l. ultima, C. de Codicillis.* Postmodum *cap. cum esset, de testamentis.* Alexander III. scribens Episcopo Hostiensi, reprehendit rigorem legum tanquam alienum à divina lege, & universali consuetudine Ecclesiæ, & sub anathematis interminatione prohibet rescindi Testamentum, quod Parochianus fecerit coram paroco suo, & duobus testibus. *Navarri opinio est de testamentis, consilio 1.* quod, qui possidet bona sibi verè, & sponte coram Deo relicta, five scripto, five verbo tantum, five coram testibus, five sine illis: possit ea salva conscientia liberè retinere, licet possint et tolli per judicem in foro exteriori. *Molina etiam disp. 134.* videtur sentire jure nature ad Testamentariam dispositionem non opus esse testibus, ut sit valida in conscientia, sed solum, ut probetur in foro exteriori, ideò enim ad pias causas validum fore dicit testamentum sine testibus, immò solo nutu factum, quævis ut in foro probetur, etiam jure Canonico saltem duobus testibus requiratur. Cæterum novo Edicto Sereniss. Principum Belgicæ emanato nuper Anno scilicet 1611. articulo 12. requiritur, ut Testamenta subscribantur à Notario, Testatore, & duobus Testibus, qui etiam ad hoc vocati sint, si tamen scribere norint, ejus rei mentio instrumentum inferenda à Tabellionibus, aut Partoribus, qui Tabellionum munere hic funguntur. Idque sub pena nullitatis. Atque hujus edicti tenor hodie servatur tam in Curis secularibus, quam Ecclesiasticis circa testamenta: nam iidem Principes anno 1620. declarantur, quovis tandem casu nulla esse testamenta, five sola testatoris, five sola testium, five utrorumque sub signato desit, five Notarius, aut Pastor solum in ipsa, ut vocant Minuta, aut Protocollo annotari Testatorem scribere non posse, nisi coram eo Testibusque id indicaverit, videatur *F. Zypus lib. 3. Juris Pontificii novi, cap. de Testamentis numero 20. per totum.* Vetus est testamentum mos (quod ipsum apud preconsultos lege sancitur) ut primò testamenti capite, hæredis fiat institutio, five unus, five plures sint, quin universum bona ex defuncti voluntate capiant: sequenti capite, & in ima cera secundi hæredes, legata, & reliqua testatoris voluntas, & dispositio ponantur: five aliquos onere gravat, aut si quibus dari fierique oportere, testator pro sua voluntate arbitrat est: qui non hæredes, sed legatarii dicit. Si quidem non bona in universum, sed legata, & res singulares capiant: idque ex integro asque ex toto patrimonio deducitur. Sic apud Tranquilum cum primo capite testamenti Cæsar tres fecisset hæredes ex asse, in ima cera, & ultimo capite reliqua possuisse dicitur, quæ ad scriptis hæredibus deberentur, & C. Octavianum in familiam, non emenque adoptasse, secundos hæredes, & tuores nominasse, populo hortos publicè, & virum trecentos seferentis legasse. *Alex. lib. 1. cap. 1.*

DE CODICILLO.

Codicilli scriptura, qua defunctus leviter, ac sine ulla solemnitate voluntatem suam testatus est, de eo quod post mortem suam fieri cupit. Eorum autem alii sunt fideicommissarii, alii directi Fideicommissarii sunt, in quibus scriptor verbis utrens peccatis, suam de rebus omnibus, quæ testamentis comprehendit solent hæredi suo petitionem exposuit. Directi, in quibus directis, civilibusque verbis scriptoris voluntas de legatis duntaxat aliter relinquendis exposita est. *Hæc ex Inst. sub tit. de Codicil. summam in Horoman. de Verbis Juris.*

TESTAMENTA QUI ET QUOMODO.

Condiderint? *Exempla sacra et prophana.* HILARION eremita in Cypro insula octogesimo ætatis suæ anno, cum abens esset Helychius, ejus comess, quasi testamenti vice brevem manu propria scripsit epistolam, omnes divitias suas ei relinquens? *Evangelium scilicet, & tunicam faceret, cucullam, & palliolum.* Nam minister ejus ante paucos dies obierat. *Hieron. in vita Hilariensis.*

Anno 1153. S. Bernardus Abbas obiit anno ætatis suæ 63. fertur autem in testamento fratribus tria documenta reliquisse. I. se imprimis scilicet, Nemini in vita mea scandalum dare volui, & si aliquando incidi, sedavi, ut potui. Secundum, minus semper sensui meo credidi, quam alterius. Tertium, læsus nunquam vindictam expectavi. Ecce hominis charitatem, humilitatem, & patientiam. *Joan. Naucl. vol. 2. chronograph. general 19. an. 1155.*

S. DOMINICUS Fratrum Prædicatorum antesignanus, Divina revelatione monitus sibi ex hac vita migrandum esse, fratribus coram se congregatis, testamentum fecit, quod nulli mutare fas est: Testatoris enim morte confirmatum est. Hæc sunt inquit, fratres, & illi carissimi, quæ vobis hereditario jure possidenda relinquo: Caritas sit in vobis: humilitatem sectemini, paupertati voluntariæ studete. Non erat illis argentum, & aurum, aut quævis terrena facultates, unde testamentum conderet. Quod autem habuit fidei locuplet, hoc illis legavit, nempe, divitias salutis, thesauros cœlestes, & opes nunquam perituras, quibus illum abundasse vita sanctissima testatur, docent exempla, miracula confirmant. *Theodor. de Appollonia lib. 5. de vita ejus cap. 1.*

Divinus ille Patriarcha Joannes Eleemolynarius, hanc vitam cum altera commutaturus, justè scribi testamentum in hunc modum: Joannes humilis quidem servus servorum Dei, propter autem mihi impositam Pontificatus dignitatem, gratia Christi liber: Ago tibi gratias, Domine Deus meus, quod me dignum censueris, qui tua tibi offerimus: Sed quod ex mundi bonis nihil aliud fit mihi reliquum, nisi tertia pars nummi, quam ipsam jubeo quoque dari pauperibus, qui sunt mihi fratres in Christo. Quando enim Dei permissione creatus fui Episcopus Alexandriæ, inveni in meo Episcopatu circiter octo millia librarum auri: ex oblatione autem priorum collegi denis millibus plures his pecunias. Quas cum cognoverem esse Christi, Christo etiam dare volui: qui tunc quoque trado animam. Cum hoc testamentum sui fecisset ille magnus homo Dei, deposuit spiritum in manus Dei viventis. *Leontius Episc. in vita ejus apud Sur. 23. Jan. 1.*

JACOBUS VIII. Aragonum Rex, vehementiori febre, morboque gravatus, cum se moriturum penè cognovisset, vir Christianissimus, omnibus negotiis, & humanis rebus omittis, animæ statim prudentissimè consuluit: accitit enim Sacerdote magna contritione confessus, omnia Ecclesiæ Sacramenta devotissimè recepit. Postero die non minori diligentia testamentum condidit, in quo Petrum filium natæ majorem in regno Aragonum, Valentie, &c. & Jacobum filium minorem instituit in regno Majoritarum, &c. Hoc modò testamentum celebrato, Petrum filium ab exercitu vocari, & ad se venire iussit: cui coram multis nobilibus, cum ea, quæ testamentum scripta fuerant, recitasset, primùm Dei cultum, & res omnes divinas, & deinde Fratrem Jacobum, & omnes æquales, domesticos, familiares, & populos diligentissimè commendavit. Petrus autem genibus flexis patris manus, & pedes osculatus, ejus omnia iusta libentissimè se facturum respondit. His rebus confectis, Rex, ut qui rebus humanis renunciarat, sibi Cisterciensis ordinis habitum induit, & de rege se Monachum, & religiosum fecit, atque Deo servitè maxime cupiens Populeum profectus statuit, ibique permanere. Cæterum cum ex Algezira Valentiam delatus esset, ibi gravibus agrotans vitam finivit, an. 1276. octavo idus Aug. ætatis autem 72. *Lucius Marius de rebus Hisp. l. 10. sub fin.*

JANUARIUS cum Religioni initiaretur apud Augustinum H. Hipponensem Episcopum, duos filios matrem, ac fratrem in diversis habebat Monasteriis. Itaque cum bona sua in pauperum usum divideret, patrem ejus pecuniæ sub fili nominem retinuit, ut eam usque in maturum ætatis tempus illi conservaret. Contigit autem, ut is mortem obiret. Itaque ante testamentum condidit, detestisque pecuniam, quæ habebat suam esse, & ut suam Monasterio relinquere. Aug. in cujus manu Monasterii administratio erat, eam pecuniam, eorum fraudulenter accipere recusat: sed filius testatoris stridi iussit: affirmans, quod non rectè ei posset credi, qui contra religionis professionem pecuniam privatam possederat: atque in re dubia factus esse, filius testatoris eam dari, qui graviora propter eam pecuniam, quam, Ecclesiæ, pati poterat, cum Ecclesiæ longè pluris bonum nomen, quam pecunia cum avaritiæ nota, faciendum esset. Hoc Augustini iudicio, quis non videat, quæ modestæ formula religiosi viri in parandis per legata à secularibus viris opibus proponatur? *Fulgos. & Equat. lib. 7. §. 1.* STEPHANIA cum Calixeno filio suo parvulo apud Gregorium Romanum Pontificem de paupertate nimia conquesta,

ab

ab eo exigit, ut domum possessionis in civitate Catinensium, quam Ammonia quondam focus ejus, Calixeni avia Ecclesie titulo devotionis obtulerat. eidem Calixeno restitui curaret; asserens illam memoratam Ammoniam alienandi eam non habere licentiam, sed Calixeni filii sui per omnia iuris esse. Itaque ne mulieris lacrymas inanes relinqueret, & ne plus rigoris viam, quam pietatis causam videretur complecti, mandat memoratam domum, simul & donationem ab Ammonia factam de domo, quae in Sicilia erat, reddendam esse, dicens; Melius esse in dubiis non distinctionem exequi, sed ad benignas potius partes inflecti, praesertim dum ex parva rei cessione, nec Ecclesia gravatur, & orphano, atque pauperi misericorditer subvenitur. Ex lib. 7. Registri B. Gregorii c. 23.

Cum S. Ephraem Syrus laborem omnium finem sibi iam immineret exitum, pro extrema voluntate serio cunctis praecipit, ne vestraliqua pretiosa corpus ejus terra mandarent: Quinimodo, inquit, si quis hoc pietatis erga me amore flagrat, is potius eam in egenos conferat. Interca vir quidam divites, opumque magnificentia illustris, vestem unam magnis exornatam fumpibus corpulculo ejus paraverat; sed intellecto B viri sanctissimi mandato propositum mutavit, statuitque tantumdem auripotius quam vestem pretiosam egenis pendere. Sed eum de die in diem opus differret, suamque voluntatem voto preponeret, acerbas protinus inobedientiae penas luit. A malo namque demone correptus, divina providentia ei traditus est ad disciplinam, cui patens, patrium contempnit mandatum. Intellexit ergo vir Dei, meritorium illud sanctum esse peccati. Quid a te, inquit, & homo, factum est, quod non oporteat, quod te in tantum protrusit periculum? Ille autem sceleris sui reatum pronuncians aperit inobedientiam, panditque cogitationum suarum fluctuationem. Divinus vero Ephraem misericordia motus, sola manuum impositione cum precatione conjuncta demonem expellit, hominemque promissum suum implere parantem liberum dimitit. Simeon Metaph. in vita ejus 1. Febr.

Lupovicus Campisampertus Patavinus nobilis pene impubes Paulum Doctum ob fratris eadem Patavi palam aggressus interemit. Quare exilio multatus, post aliquot annos in gratiam Mantuani principis, cui jam non amicus tantum, sed & affinis factus fuerat, a Senatu Veneto in patriam restitutus, & Romam post rediit, pro controversia dotis tractanda; atque ibi a facris circumventus interit, anno sal. 1521. Is liberis carens testamentum cavet, ut in sua hereditate, non nisi ex propria familia, doctor, qui peritor haberetur, succederet, & post hunc alter similiter doctor, & doctore deficiente, miles, vel civis ex ea familia magis honoratus. Bernard. Scard. lib. 3. hist. Pat.

CONSTANTINUS Calaeon, & Cerni comes nobilissimus, Patavinus, circa an. sal. 1105. eum liberis careret, reliquit arces suas ei, qui prior obtinuit suum eum ingredi daretur. Essentes forte fortuna primi ingressi, ex legato, & Cerni, & Calaeonis facti sunt domini. Bern. Scard. lib. 3. hist. Pat.

FRANCISCUS GUERINUS Architectus Patavinus, uxori juvenulae, quam senex duxerat, testamento bona sua reliquit omnia ea lege, uti secundis nuptiis doctorem duceret, qui Guccrini cognomen assumeret cum omni posteritate. Sin vero sine liberis decederet, bona omnia monialibus B. Antonii Peregrini cederent. Bern. Scard. lib. 3. classe 15. hist. Pat.

Multa hinc transferre ex loco de Abione. Tit. Abiones. Contra dicitur iustos asserere. Ubi de Testamentis ratis. D. Testamenta iniqua rescindere. Vide fusc loco eod. Tit. Abiones iniquas rescindere.

* TESTAMENTUM NULLUM CONDERE.

INTESTATUM DISCEDERE, &c.

Quid Juris, quoad successionem ab intestato?

Inestatus intelligitur, qui vel Testamentum non fecit, vel invalidum testatus est, juxta superiora. Si Laicus est, succedunt in bona illius, dummodo libera fuerint, defcendentes, puta filii, & filiae per capita, & portiones aequales; nepotes autem per stipitem representantes suum parentem. Sic ut pater defuncti etiam exheredat.

His deficientebus ascendentes succedunt, patre, & matre superfluo reliquos excludente.

Illis etiam defunctis, fratres ex utroque parente veniunt, & excludunt illos, qui tantum ex altero geniti.

Nullis existentibus fratribus, aut eorum filiis, ad collaterales devolvitur successio.

Transversalibus usque ad decimum gradum non existentibus conjux & eaque deficiente, Ficus succedit, videtur. A. B. themica de hereditibus ab intestato venientibus.

Quoad Clericos idem de consuetudine obtinet circa bona patrimonialia eorum, aut quae ex beneficio non obveniunt. Quoad mobilia tamen usus multarum Ecclesiarum habet, ut Clericis intestatis succedant in illa, quamvis etiam de Immo-bilibus idem statuat Concilium Lateranense, & hodie adhuc observetur Ultrajecti, ut collegia, quae ibi quibus succedant ab intestato defunctis Clericis, quamvis eas praefendas nunc pro majori parte invaserint alterius generis, non in sortem Domini, sed saeculi vocati, Clerici. Prius tamen observatur in Belgio; atque hujusmodi spoliis, alii inter se partuntur, alii Ecclesiae usui applicant.

Mortuo nuper Maximiliano a Bergis Archiepiscopo Cameracensi, absque testamento, successit Ecclesia in mobilibus, & hoc servatur passim per Belgium, ut Capitula in supposito-rum suorum absque testamento motientium mobilia succedant. De Episcopo autem, an illi Clericis intestatis debent succedere, non perinde apud omnes convenit, & repugnat, cap. An. de off. ord. c. 6. C. C. in officio, de Testamento. omnia F. enim Ecclesiae relinquenda sunt.

Comites Flandriae olim semissem mobilium accipiebant a Clericis testatis, & intestatis. Quod onus remittit Robertus, Frisus Comes. Vide Marchantium lib. 1. de Flandria.

In concordatis inter Duces Brabantiae, & Comites Namur-censes anno 1541. Augusti, decretum, ut bona Clericorum bastardorum etiam in sacris constitutorum, nisi a Principe licentiam testandi, vel legitimacionem obtinuerint, immobilia ad Principem, mobilia partim ad eundem, & partim ad Episcopum devolvantur.

In Burgundia Principem Bastardis etiam quoad fructus beneficiorum pondum collectos succedere, iudicium in Senatu Dolano, ut ad illius decisiones scribit Grisel. Unde loci consuetudo hic observanda. Illud interim attendendum, ut reddatur Casari, quod Casaris est, & quod Dei Deo. Perpetram enim, quae sunt ab Ecclesia profecta Fisco applicantur, cum Ecclesia iure ad fisci exclusionem in patrimonialibus, seu aliis acquisitis succedat.

Legatur de hoc argumento Franc. Zepherus Archiepiscopus, An-tuerp. lib. 3. Juris Pontificii novi, cap. de Testam. n. 123.

* Testis. Testimonium.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

TESTIS, Graece *μαρτυρ*, & *μαρτυρία*, testimonium dicitur. Heb. *Heb.* a verbo *Heb.* testimonium perhibuit, testificatus est, affirmavit. Testes antiquius superfluit, vocabantur eo, quia supra causam statum proferebant. Nunc parte nominis ablata, testes vocantur, de verb. sing. c. forum, S. Testes. Testis dicitur, quasi antestis, hoc est, antestans, vel, ut alii volunt, quasi tenens statum. In testibus sex sunt attendenda. Aetas, Condicio, Sexus, Discretio, Fama, non enim *Et fortuna, Fides, in testibus ista requirantur.* A testis venit Testatio, & Testimonium, quae proprietate testium sunt. Frequens nomen apud omnes, ait D. Greg. Tolosanus in smag. Juris 148. c. 13. n. 1. testari pro testimonio dicere, vel mentem suam exponere, vel asserere, quae quis sentiat.

DE PATRITIO TESTIUM.

Testium alii sunt idonei, alii non idonei: & utriusque varias admittunt circumstantias, a quibus etiam appellationem suam sortiuntur. Idonei sine omni exceptione, majores dicuntur, contra quos nihil potest iure opponi, cum minus sit illis adhibenda fides, seu cur ad testimonium ferendum non sint admittendi. Ex idoneis autem quidam dicuntur assidui in. Tabul. id est, locupletis alii classici, qui testamentis adhibentur. Fessus lib. de verb. significat. V. Classici. Non idonei sunt, quibus aliquid opponi potest, vel ex natura rei, vel ex iuris dispositione. Itaque videndum, qui a testando, five fidem faciendo de jure repellantur. Primum in causis criminalibus, jure Canonico repellitur mulier, ob ingenii mutabilitatem, & sexus fragilitatem, cap. Forum 10. sub finem de verb. significat. Jure tamen civili admittitur in omni causa. Gomez cap. 12. num. 13.

II. Repellitur minor xx. annis, l. in testimonio. 20. §. de testibus in civilibus tamen admittitur masculus xv. & femina xii. annorum.

III. In-

III. Inimicus ejus contra quem testimonium profertur c. Per tuas. 32. de simonia. debet tamen esse inimicitia gravis.

IV. Accendens, & defcendens, immo & collaterales, & affines accusatoris. Gomez. nu. 15. nisi velint innocentiam Rei tueri, & canque probare, sic habet usus, teste Claro q. 24. num. 12.

V. Domestici ipsius productis.

VI. Infamis infamia juris, ut est omnis qui de crimine aliquo condemnatus est. Infamis factio etiam repellitur, admitti tamen potest in subsidium, si faliter veritas nequit cognosci. Clarus num. 13.

VII. Perjurus.

VIII. Socius criminis, nisi in criminibus exceptis, puta haerese, laesa majestatis, falsa moneta, maleficio, sodomia, furto famoso, aut aliis, quae sine socio non committuntur, ait Gomez.

IX. Persona vilis, & inops, nisi sit honesta. l. 3. §. 4. D. de Testib. Quibus tamen casibus Testes minus idonei admittendi, videtur apud Gomez supra. Lessium l. 2. de Justit. cap. 30.

NUMERUS QUATENUS REQUIRATUR?

B In causis criminalibus quando per testes veritas inquiritur, requiruntur, & sufficient duo testes legitimi, fide digni, & omni exceptione majores, est omnium sententia, etiam jure gentium recepta, ac jure divino positivo. Deuter. 17. asserat, tibi Deus; In ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur, l. cap. 19. In ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum.

Nihilominus jure Canonico ad condemnandum Episcopum Cardinale, requiruntur LXXVII. testes: ad presbyterum Card. LXIV. ad Diaconum Card. XXVII. ad reliquos Clericos VII. ut patet c. 3. Tractat. 2. q. 5. ex Sylvestro Papa. Clarus tamen dicit non esse hunc numerum in usu, & neque in praxi servari. quest. 66.

Ut autem duo testes plene probent, requirunt, ut deponant Jurati. c. Nuper. 51. de Testib. c. Tuis q. 39. eod. Tit.

Secundo, ut de eodem factore, alioqui essent testes singulares, unde debent convenire in tempo, loco, & delicti specie, Tertio, ut sensu externo perciperent delictum, aut rem quam probare contendunt. L. sola c. de testibus, unde si tantum adiverint, non probant, sed indicium faciunt ad inquirendum. Denique ut sint idonei, de quibus supra.

* DE TESTIMONIIS, ET TESTIBUS.

APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

SOCRATES, eos, qui multitudini imperite fidem habent, & ajebae perinde facere, ac si qui tetradrachmum unum continentem reciperet, & acervum e similibus congestum probaret, reciperetque. Cui non fideles fidi, ei nihilo magis fidentem esse in turba simulum. Nec enim refert, quam multi sint: sed quam graves. Nummus adulterinus etiam in quamvis magno acervoadulterinus est. Hoc adversus turbam testium, & indocti vulgiteria. Eras. ex Laert. lib. 2. cap. 5.

Cum Silius testis lassisset Pisonem reum, cui Crassus adeat prolatum crimine, quod se in eum dixit audisset, dicebat: Potest fieri, si, inquit Crassus, ut is, unde te audisse dicis, iratus dixerit? Annuit Silius; Potest etiam, inquit, fieri, si tu non recte intellexeris. Cum id quoque toto capite annuisset Silus, ut se Crasso daret, subiecit Crassus: Potest etiam fieri, ut omnino, quod te audisse dicis, nunquam audieris. Hoc adeo praeter expectationem, ut Silium testem omnium rufus obrueret. Eras. l. 6. apoph.

Iner Nerone, & Thrasea graves intercedebant inimicitiae, verum cuidam multa criminosae iactanti de Thrasea, dicitur causam ab illo perperam esse iudicaram, obstitit Nerone, exclamans: Utinam me tam Thrasea diligam quam est iudex rectus, & aequus. Hostis hosti testimonium perhibuit de fama periclitanti, nullum autem gravius testimonium, quam inimici de inimico. Idem ibid.

M. TULLIUS pro Flacco, repudians, elevansque Gracorum testium fidem: verum tamen, inquit, hoc dico de toto genere Graecorum: tribus ei literas, & multarum artium disciplinam non ad imo leporem, ingenium acumen, dicendi copiam: deinde si quae sibi alia sunt, non repugnat. Testimonium, religionem, & fidem nunquam ista ratio oblit: totiusque hujusce rei, quae sit vis, quae auctoritas, quod pondus, ignorat.

Orator quidam cum hyperbolicis diceret, Uni testi non B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

esse credendum, adiecit, ne Catoni quidem. Eras. in Adagii. Est in aure ima memoriae locus, quem tangentes attestat: mur. Plin. l. 11. c. 45. Ubi Dalechampius, lego cum veteribus, & attestatur. Antestati testem vocare, prehensa, tritaque auricula, cum adversarius, qui vadanti non paruit, in ius trahitur. Negabat C. Jul. Caesar testis rogatus se quippiam comper-tum habere de caemoneis Bonae Deae, quae a Clodio pol-luta dicerentur. Tum is, qui in eam tem inquirebat; Cur ergo uxorem ejecisti? respondit, Domum meam non solum oportuit crimine carere, sed suspitione etiam criminis. Plus tacebis in Apoph.

* FALSORUM TESTIUM EXEMPLA SACRA, & FORUMQUE POENA.

Falsorum testimonium criminationibus Naboth lapidibus obruitur: & ejusque vinea a rege Achab, & impia Jezabele rapitur; ipsi autem ignominiose trucidantur. 2. Reg. 21. Falsi Testes Susannam adulterii insimulant, mendacii autem convicti lapidibus sunt obruti. Daniel. 3.

Principes Sacerdotum, & omne Concilium quaerebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent, & ipsi male perierunt. Matth. 26. Marc. 14. Joan. 18.

Milites accepta pecunia Jesum Christum, quem a morte resurgentem suis oculis conspexerant, a discipulis noctu clam sublatum per urbem proclamant. Matth. 28. Luc. 24.

Seniores, & Scribae contra Stephanum falsos testes submi-serunt, quorum calumnias blasphemus convictum occide-rent. Act. 7.

HISTORICA.

Anno Domini 869. dum Constantiniopolis celebraretur octava Synodus Oecumena, introduci sunt eo quidam falsi testes, qui suasione Photii, & compulsionem Michaelis Imperatoris contra Ignatium Patriarcham falsum dicerent testimonium. Quorum primus, qui adductus est, fuit Theodoros Prothopatriarchus: inde Leo Consul; qui eorum plena Synodo confessi sunt se falsa jurasse contra Patriarcham: ut jure deponi videretur: ubi poenitentiam a Legatis Sedis Apostolicae, & universa Synodo acceperunt, quae ab istem ita decreta sunt, ibidemque descripta verbis istis: Desimus & promulgamus, hos per septem annos Epitimum habere: esse illos duobus annis extra Ecclesiam, & aliis duobus intra Ecclesiam audire divinas Scripturas, usque ad Cathedram Petri non tamen ullo modo communicare, sed abstinere a carnibus, & vino quatuor annis praeter Dominicos dies, & Dominicas festivitates, & aliis tribus annis stare cum fidelibus, & meriti divinam communionem in solis Dominicis solemnitatibus cum Eleemosynis, orationibus, atque jeuniis, ita ut tribus diebus hebdomadae, secundae videlicet, quarta, & sexta feria abstinere a carnibus, & vino. Ex octava Synod. Oecum. Baron. tom. 10. ad an. 869. 43.

GREGORIUS Agrigentinus Episcopus a Sabino, & Crescentio falso accusatus coram Synodo Romana centum, & quinquaginta Patrum de stupro cum Eudocia puella, & adductis ex testibus, Psalmus illa voce ingeminavit. Insurrexerunt in me testes iniqui; quae ignorabant obsecrunt michi: mala mihi pro bonis rependebant. Statim igitur Puella a daemone correpta ad pedes ejus condidit; Gregorius fatanum e puella egredi, & verum fateri jussit manu eam comprehensam erexit. Illa falsa est, se a Sabino, & Crescentio moneribus corruptam, Gregorium falso accusasse. Gregorius vero coram Synodo pro testibus quoque, & auctoribus intercessit, & paucem illis impetravit. Qua concessa statim tenebrae magnae oborta sunt: & auctorum alii utraque, alii altera gena nigri apparuerunt. Sabino vero, & Crescentio labia atro colore infecta sunt, qui nunquam postea elurpavit. Metaph. in vita ejus c. 50. apud Sur. 23. Novembris.

Id testatur Gratianus causa 2. q. 5. ex Eusebio Papa episc. 3. ad Episcopos Thulicis, in hac verba: Constituitur cum omnibus, qui nobiscum sunt, Episcopis, ut homicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti venefici, suspecti, criminosi, domesticci, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu quaedam sortilegos, divinoque concurreunt, simileque eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt, & iuste repellendi, quia est sancta vox eorum.

Constantinus Magnus Imperator Faustam uxorem habuit. Haec Crispi privigni amore capta, eum ad libidinem eum saepius provocasset, renuentem detulit ad maritum, illum sibi vim inferre voluisse. Constantinus fidem adhibuit, ideoque Qq Crispum